

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 204. Amplius opinio illa confutatur ex Patribus, Conciliis, &  
Ecclesiæ, seu Rimanorum Pontificum sensu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://urn.nbn.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

<sup>2478</sup> Secundus: opinio illa videatur animarum salutis nostra, ob ea que dixi n. 2472. sibi finem: si enim opinio ista vera esset, evanesceret studium poenitentiae, & satisfactionis: nec peccatores, quamlibet enormes, vellent ullam subire penitentiam, ultra opera praescripta per Bullam Indulgentiae, praesertim magnis in civitatibus, in quibus tanta frequentia est pleniarium Indulgentiarum, ut nulla sit hebdomada, nulla fere dies, absque Indulgentia plenaria, modo in ista, modo in illa Ecclesia. In istis proinde civitatibus, tanta, tamque frequenter occurrente facilitas plena remissionis, abique necessitate satisfactionis, latam appetire portant, non solum suffragia pro defunctis, plenarii in morte absolutis, sed & satisfactiones poenitentiales, utpote non necessarias, negligendi. Magnum proinde tribueret incentivum delinquendi. Quia etiam millemorum adulteriorum, vel etiam nefandorum contra naturam spuriarum, sacrilegiorum, homicidiorum, blasphemiarum, perjuriorum rei, non obstante totali haecenus salutis incuria, dignorumque poenitentiae frumentum negligunt, cum sola adiunctione, etiam non admodum ferventi (ut in talibus affoleret) modicarum conditionum pro Indulgentia plenaria requiritarum, totum ipsum effectum, absque alia satisfactione sic consequi possent, ut post Indulgentiam repente mortui, recte in celum absque purgatorio transtulerint. Si facilitas venia, Ambrosius judice, incentivum tribuit delinquendi, maximè profecto facilis tanta totalis veniam, atque remissionis. Tanta quippe facilitas tollit precium frenum, quo peccatores a peccando retrahuntur. Quemadmodum enim magis opereretur peccatores, & quasi si anno quodam euerent satisfactionem penitentem, & cautelem que & vigilanteries in futurum peccatores efficiant; medentur quoque peccatorum reliquis, & virtutibus habitus, male vivendo comparatu, contrariis virtutum actionibus tollant, ut Tridentinum ait sefi. 14. c. 8. Sic omnia contraria eveniunt, dum frenum istud & media negliguntur.

<sup>2479</sup> Tertiù: opinio illa Ecclesie minimis est honorifica: utpote ex qua heretici ansam accipiunt Ecclesiam calumniam, quod per Indulgentias suas minimis largum faciat forum Dei, uitiumque tribuat illicium peccandi, tantum tribuente facultatem totalem peccatorum remissionem obtinendi. Quam calumniam facile nos confutamus, dum afferimus, per Indulgentias non tolli obligationem faciendo fructus dignos poenitentiae, nec obligationem eos injungendi. Cum hoc sit de jure divino, telique Tridentino loco citato, "divina iustitia ratio exigere videatur, ut alter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante baptismum per ignorati- tiam & deliquerint; alter vero qui ferme a peccati & demoni servitudo liberari, & accepto Spiritu sancti dono, scientes, Templum Dei violare, & Spiritum sanctum contriflare non formidaverint. Et divinam clementiam decet, ne ita nobis absque ulla satisfactione peccata dimittantur, ut occasione accepta, peccata leviora putantes... in graviora labamur. Ad quod præcavendum, ad plenam & integrum peccatorum remissionem per Sacramentum Poenitentiae, sine magnis nostris fetibus & laboribus perveniri, ne non possumus (sicut per Sacramentum Baptismi) divina id exigente iustitia (inquit c. 20.) ut merito poenitentie laboriosus quidam Baptis- mus à SS. Patribus dictus fuerit. Nec hoc dicendo, aliquid admittit efficacia Indulgentiarum (professetur Cajetanus ibi supra) sicut nihil admittit efficacia Sacramentorum, ex hoc quod oporteat accedentes ad illa esse dignè diffositos, si fructuosa sibi esse volunt. Soli siquidem indigni Indulgentia, ab illius fructu, juxta hunc dicendi modum, excluduntur.

Tom. III.

Quarto: illa opinio Patribus, Conciliis, Ecclesiæ sensu, rationi parum est consona. Quod parum consona sit rationi, fatis apparebit ex dictis. Quod parum consona sit Patribus, Conciliis, & Ecclesiæ sensu, apparebit ex dicendis capite sequenti.

## CAPUT CCIV.

Amplius opinio illa confutatur ex Patribus, Conciliis, & Ecclesiæ, seu Romanorum Pontificum sensu.

**H**unc in finem luet Indulgentiarum originem, <sup>2480</sup> & circa eas SS. Patrum, Conciliorum, SS. Pontificum, atque aedē Ecclesiæ sensum ob oculos ponere.

De Indulgentiis itaque Catholicorum quisque merito asseritur Concilio Tridentino sefi. 26. in Decreto de Indulgentiis declaranti, primo, quod potestas conferendi Indulgentias à Christo Ecclesiæ concessa sit, utique Math. 16. & Joan. 20. quecumque solveritis, &c.

Secundo, quod hujusmodi potestate, divinitus sibi tradita, antiquissimis etiam temporibus Ecclesia usæ fuerit.

Tertiu, quod negari nequeat, Indulgentiarum <sup>2481</sup> usum Christiano populo maxime salutarem, & aevorum Conciliorum, etiam Generalium, Nicen I., Lateranensis I., Lugdunensis sub Gregorio X., Viennensis sub Clemente V. autoritate probatum, in Ecclesia retinendum esse.

Quartu, in his tamen concedendis moderationem, juxta veterem, & probatam in Ecclesia consuetudinem, adhibendam.

Antiquissimum igitur esse Indulgentiarum usum constat, non solum ex approbatione ipsius per Concilium antiquissima; verum & ex eo quod Christus Dominus, Apostoli, & antiquiores Ecclesiæ Praefices, penam peccatis debitam remiserint. Hoc autem est Indulgentiam concedere. Christus (inquam) Magdalena multa peccata dimisit, quoniam dilexit multam. Et adultere penam remisit, quia se judicio ipsius, cum maxima contritione, humillime submisit. Apostolus incepsu Corinthis, nondum peracta tota penitentia, quod residuum erat condonavit, ne abundantiori tristitia absorberet. Et hoc sensu 2. Cor. 2. dicit: cui aliquid donasti, & ego... donavi... in persona Christi, per acceptam ab ipso solvendi potestatem. Neque enim illa Apostoli verba intelligi possunt de absolutione a peccatis, vel ab excommunicatione. Cum & verborum proprietas, & Apostoli contextus, hunc respuant intellectum. Absolutio namque ab excommunicatione propriè condonatio non dicitur: nec in Scriptura sacra, vel apud SS. Pares, taliter usquam appellatur. Illud etiam quod Apostolus dicit: cui aliquid, id est partem aliquam, donasti, & ego, de peccatis intelligi nequit. Nec esset ergo intelligitur de penis, sicut exponitur à Chrysostomo & Theodoro. Aliquam itaque penarum partem, que solvenda supererat, Apostolus condonavit; indulgentiam proinde concedit. Et Christus quidem tam concepit adultere, & Magdalena, sine aliqua satisfactione, per potestatem excellentia. Sed Apostolus, peracta majori satisfactionis parte, secundum Dei Legem.

Et istud est quod (post Apoł.) fecerunt sanctiores Ecclesiæ primorum saeculorum Ante-Nicenes, quos Christiani lapsi, penitentiam sedulè ageribus, ad Martyrum, Confessorumque inflatus supplicationemque, ob egregia ipsorum in Ecclesiam merita, praescripta penitentie partem condonasse legimus in lib. Tertullianii ad Martyres, & in lib. Cypriani de lapsis. Unde in lib. de pudicitia Tertullianus, Montanistam factus, sic expobrat Zephirino Papæ: Tu jam & in Martyrestus

Ddd 2

estfundis banc potestatem.... sufficiat Martiri propterea delicta purgasse. Ingrati vel superbi est in alios quaque effundere quod pro magno fueris consecutus. Quis alienam mortem suā sorvit, nisi solus Dei Filius?.... Proinde qui illum amulans, donando delicta, si nihil ipse deliquisti, planè patere posse. Si vero peccator es, quomodo oculū faculae non sufficere et mibi et tibi poterit? Qui permittit homini dare, que Deo referenda sunt? Vrūm quod verbis illis Tertullianus harcetus improbat, Cyprianus probat; sed hāc conditione, si cum debet fiat moderatione; si utique fiat intuitu meritorum, & supplicationis Martyrum; & supplicatio ita non fiat pro iis, qui pro te satisfacte, vel nolunt, vel negligunt, sed penitentie operibus sedulū incumbunt: Credimus (inquit lib. de lapis) posse apud Iudicium plurimū valere Martyrum merita.... Mandamus aliquid Martyres fieri? si iusta, si licita, si non contra Dominum, à Dei Sacerdote facienda sunt.... si poterit (pro quo supplicant Martyres) fieri religiosa moderatione; ita scilicet ut non negligat conditionem, quam ad id ibidem & alibi requirit, dicens: si precessat corde quis facias, si veris penitentie lamentationibus, si justis & continuis operibus Dominum inservias.... potest Deus indulgentiam dare.... penitenti, operanti, regnari (ecce conditio) potest clementer ignorare: potest acceptum facere quicquid pro talibus (ecce iterum pro talibus: non ergo pro ignavis, atque ex nimia molitie, salutisque meuria negligenter orationes & opera penitentie, atque satisfactionis) & petierint Martyres, & fecerint Sacerdotes.

2483 Negligentibus vero, & non facientibus pro posse fructus dignos penitentie, indulgentiam concedere, sic Deo reservatum censuit Cyprianus, ut ipsi indulgentiam concedere, dixerit esse contra legem Dei, Evangelique vigorem. Ideoque dum immoderantiam animadverterit in nonnullis Martyrum, Confessorumque libellis, ac supplicationibus, ita ut pro iis poscent indulgentiam, qui nullam adhuc penitentiam egerant, imd (freti Martyrum & Confessorum libellis) agere detrebant, ipsos graviter reprehendit, protelatus id ecce contra Evangelii vigorem, contra Domini ac Dei legem, ut eodem libro de lapis videtur est, sicut & lib. 3. epist. 11. ubi sic Martyribus & Confessoribus scribit: si justum & secundum Dei legem esse vultus supplicationem vestram, peto ut eos, quos ipsi videbis, quos nos, quorum penitentiam iustificatione proximum compicatis, desigatis nominatis libello. Ecce ergo conditio a Cypriano requisita, ecce quos indulgentia dignos censuit: quorum utique penitentia satisfactione proxima est.

2484 Quia in re Cypriani sensum zelumque universae postmodum Ecclesie sunt subsecuta: Propterē namque can. 25. Concilii Iliberitani, & can. 9. Concilii Arlætæ anni 314 statutum est, ut nulla haberetur ratio libellorum, seu supplicationum Martyrum, per quos seu per quis vigor Evangelicus & satisfacti penitentialis energabatur. Canone etiam 5. & 22. Concilii Ancyran., ejusdem anni, statutum est, Indulgentiam solis illis concedendam, quorum zelus & fervor in actione penitentiae ipsos Episcopis commendabiles esserent.

2485 Concilium quoque primum Occumenicum, Nicenum, can. 12. pro regula indulgentie concedenda statuit, ut ea non concederetur negligentibus opera penitentie, sed in cōsiderente & perseverante se exercentibus: Quicunque cum umani timore & lacrymis perseveraverib[us], & bonis operibus conversationem suam... opera & veritate demonstrans, bi definitum tempus auditionis implentes (id est annos praescriptos in penitentie studio) fidelibus in oratione communiquerent. Postmodum vero licebit Episcopo de his aliiquid humanius cog-

tare. Quicunque vero indifferenter habuerant lapsum, & sufficeret sibi ad conversionem retrosum in Ecclesiastis arbitrii sunt, iſi omnino tempora sua tuta compleant.

Hanc regulam subsecuta Concilia tenuerunt, 2486 Et idē Concilium Lateranense IV. anni 1215, sub Innocencio III. can. 62. moderandas voluntatis indiscretas & superflua Indulgencias, quia foreas & claves Ecclesie contemnuuntur, & penitentiali satisfactione enervantur. Concil. quoque Salernitanus, die anni 1222. can. 18. declaravit, Indulgencias minime profuturas iis, qui penitentiali satisfactionem, sibi pro peccatorum suorum gravitate per Episcopum vel Confessarium impofitam, vel imponendam, accipere nolant, quia Romanum Indulgientiam plenariam se a S. Pontifice imperatrarios confidebant; quia (inquit) multi tantā mentis sua falluntur sūltim, ut in aliquo capitali criminis deprehensis, penitentiam à Sacerdotibus suis accipere nolint, in hoc maxime confisi, ut Romanū eantibus Apostolicis omnia sibi peccata dimittat: sancto visum est Concilium, ut talis indulgentia illos non proficit; sed prius, iusta modis delicti, penitentiam sibi distam à suis Sacerdotibus accipiant. Et tunc Romanū velint ire, ab Episcopo proprio licentiam & litteras ad Agostinum ex eisdem rebus referendas accipiant.

Eundem quoque semper sufficere tenunt Romanorum Pontificum, argumento est, quod satisfactionem indulgentia proportionatam semper requirerunt in fulsipientibus indulgentiam, ita ut eam non aequaliter omnes, sed secundum illis satisfactionis proportionem, alii magis, alii minus eam consequentur.

Hinc est enim quoddam Gregorius VII. anno 1705. 2487 Episcopo Lincolniensi, delictorum indulgentiam postulant, cā solum lege conceperit, ut penitentiam pro posse ageret: abolutionem peccatorum tuorum, sicut regasti... tibi mittere dignum duximus, si canem bonis operibus inherenter, commissis exercitus plangendo, quantum valuers (nota bene) corporis tuis habitaculum Deo mundum templum exhibueris.

Gelasius II. in epistola ad Exercitum Chirillorum Caesarugallie commorantem, & ad omnes fideles contra Saracenos pugnantes; omnes quidem ea in expeditione penitentiam suscepit morientes, ab omnibus peccatis plenarii absolvit; sed alii eadem in expeditione laborantibus ad retinendam istius urbis Ecclesiarum, à Saracenis dirutam, aliquid contribuentibus, indulgentiam non concedit, nisi secundum laborem & beneficium Ecclesie impensorum quantitatem. Similiter Alexander III. in Concilio Lateranensi III. fidelibus contra hereticos decertantibus nonnulli biennium de penitentia injuncta relaxat, nec Episcoporum discretioni amplioris committit indulgentiae concessio, nisi secundum modum laboris, si longorem ibi morari babuerint.

Gregorius VIII. cum Ecclesiam Beneventi dedicasset, populo ait: iustus est ut agatis penitentiam, quam vel certam partem, vel aliquam voluntate remittam, ut refert Petrus Cantor in Summa de Sacram. & anima confessil.

Eugenius IV. (ut refert Thomas à Kempis in Chronica montis S. Agnæs) Religiosi illius Monasterii anno 1440. plenariam in mortis articulo Indulgentiam concessit, sed hāc lege, ut cā se dignos redderent, jejunando, per integrum annum, omnibus feris sexis, vel alia opera, loco jejunii, de consilio Confessarii substituendo, sicut Monasterii confutudine, soliti silent omibus feris sexis jejunare. Hac etiam additā condicione, quoddam Indulgentia non perdurat, nisi quādā viserint in observantia regulari.

Mens itaque Romanorum Pontificum, Indol.

gentiam plenariam concedentium, non est, ut  
cum in tota sua plenitudine consequantur (prae-  
scriptis conditiones adimplendo) qui ipsius pleni-  
tudine, secundum divinam legem, se dignos non  
reddiderunt, pro posse faciendo dignos peniten-  
tiae fructus. Neque enim plenaria Indulgentia ideo  
plenaria dicitur, quia omnes, quibus concedetur,  
cum plenarie consequuntur; sed quia Pontifex,  
cum concedendo, concedit totum, ad quod po-  
tessas clavium se extendit, sive quia intendit dare  
totum quod potest secundum plenitudinem poten-  
tias sue. Sic enim Bonifacius VIII. exposuit quod  
dixit in extrav. antiquorum, Indulgentiam plenam,  
pleniorem & plenissimam concedendo. Ad quam  
verba Gleffator sic habet: *Dico, Papam inter-  
pretatum iuris in Confessorio, me presente, ideo  
plenan & plenissiman meriti dici, quia talis est,  
propterea clavium potestas se extendit, idem tam mul-  
tum dare volebat Pontifex, quantum dare poterat  
vultus clavium in ejusmodi circumstantiis.*

Intelligebat ergo Pontifex plenitudinem, quan-  
tum est ex parte potestatis & voluntatis sua, sup-  
positis supponendis secundum legem Dei: non  
autem plenitudinem, quantum est ex parte effectoris,  
ita ut cum omnes plenarie consequerentur. Alias  
omnes, quibus conceditur, eam equaliter (quia  
nisi plenaria) consequentur. Cujus oppositum,  
in dicta extrav. Bonifacius VIII. declarat, dicens:  
*neus quisque tamen plus merebitur, & Indulgentiam  
efficiens consequetur, qui Beatis ipsas (ad lu-  
cram Indulgentiam designatas) amplius &  
devotius frequenter.*

Ita proinde sensus est Romanæ Ecclesiæ. Quæ  
proprietà in Concilio Lugdunensi sub Innocen-  
tio IV. Indulgentiam quidem plenariam con-  
cessit contribuentibus in expensas belli facti, sed  
participandas juxta quantitatem subfidi, & devo-  
tione affectu.

Atque hoc modo intellecta Indulgentia non  
præjudicant divinæ legi (de satisfactionis, digno-  
rumque penitentiae fructuum necessitate) nec præ-  
judicant Ecclesiæ honori, nec animarum salutem,  
nec Indulgentias ipsas contemptibiles reddunt,  
(propter hereticæ pretensiones) quia nimis facilitate  
remittunt incentivum non tribuant delinquendi.  
Quod omnino cavere, Ecclesiæ mens semper fuit,  
idemque in novissimo etiam Generali Concilio Tri-  
dentino fess. 27. in Decreto de Indulgent. voluit,  
in concedendis Indulgentiis moderationem, juxta  
veterem & probatam in Ecclesiæ consuetudinem,  
adhiberi, ne nimis facilitate Ecclesiastica discipli-  
na enervetur, id est ne nimis Indulgentiarum fa-  
cilitas incentivum peccatoribus tribuat peniten-  
tialem satisfactionem, dignoque penitentiae fru-  
ctus pretermittendi, sibi per ludendo, facilius  
ratione sibi peccata remitti per Indulgentias, abs-  
que aliorum operum penitentialium labore. Quam  
persuasionem cum ipsius ingrat opinio quam im-  
pugnamus, Ecclesiæ Catholicae menti patenter  
contrariantur, ut dicti cap. præcedenti.

Denique Indulgentia modo dicto intellecta,  
omni ex parte plurimum utiles sunt, rectaque  
rationi omnino conformes. Utiles quidem, cō  
quid talis & tanta sit infirmitas nostra, ut, etiam  
pest laboriosa penitentia opera, pro morali no-  
stra impossibilitate practicata, ob quotidiana delicia  
nostra non parum nobis superfit in altera vita  
Iuendum, ut supra dixi. Sunt etiam conformes  
recta rationi; utpote qua dictat, quid Indulgen-  
tiarum, etiam plenariarum, effectum amplius  
participare debet, qui ad eas participandas am-  
plius est dispositus, sive Sacramentorum effec-  
tum ampliorem consequatur, amplius disponi-  
ti. Ampliorem proinde Indulgentiarum effectum  
ceteris partibus participare debent, qui pro pau-  
cioribus & levioribus satisfacere habent, quam qui

## Poenitentiae:

pro pluribus & gravioribus: ampliorem item, qui  
ad satisfaciendum pro seipso nihil neglexerunt,  
quam qui neglexerunt.

Nec intellectus ille obstat, ne verum sit quod vulgo dicitur: *Indulgentie tantum valent, quam  
tam sonant.* Quia adhuc hoc verum est simpliciter, si debita dispositio adsit: secundum quid vero, sive quantum est ex parte concedentis, si ad rotalem effectum aliquid deficit ex parte recipien-  
tis, uti ex Bonifacio VIII. diximus n. 2493.

Facto quidem, hoc posito, validè incertum esse, quando quis plenariam Indulgentiam plenarie consequatur, & quantum quicunque ex ea consequatur. Verum incertitudo ita perutilis est ad stimulandum Fideles, ne propter Indulgentias negligant penitentia labores, neque opera pietatis, neque ampliorem remissionem per Sacramen-  
torum frequentationem: præcipue quia quandoque sunt plurimi debitos, quam credant, ait S. Thomas in 4. dist. 20. q. 1. a. 3. quæst. 1. ad 4.

## CAPUT CCV.

*Laudatis Pontificibus accedunt novissimi Ponti-  
fices, Cardinales, Episcopi, Theologique gra-  
vissimi.*

**A**nte Eugenium IV. referendus fuerat Inno-  
centius III. qui in cap. super ea de penit. &  
remiss. ait, quod licet generaliter fiat Indulgentia,  
propter laborem, propter devotionem & pericula,  
tamen unus plus alto habet intra metam a Pra-  
lato constitutam, secundum quod plus devotus est,  
vel plus laborat, vel majoribus periculis se expo-  
nit.

Adrianus VI. in qq. de clavib. post questionem  
que incipit, *viso de excommunicatione*, similiter  
doctet, quod duorum idem opus facientium, unus  
plus consequitur de Indulgentia quam aliis; eo  
quod unus ad causam tanti benefii majori quâ-  
dam proportione accedit quam alter.

Sixtus IV. & Clemens VIII. effusas nimis Indulgentiarum concessiones ideo revocandas, vel  
ad veterem consuetudinem moderandas confi-  
runt, quod nimis carum multitudine & largitatem  
fides in faciendis penitentiae fructibus, peccati-  
que emendandis fiant remissiores. Sie de Clemente  
VIII. referunt Baronius ad annum 847. n. 4.  
& Bellarminus 1. i. de Indulg. cap. 12. Sixtus ve-  
ro IV. extrav. commun. l. 5. cap. 5. sic habet:  
prosperiori studio praæcavendum esse censentes, ne  
cajusvis Indulgentia remissionis, vel facultatis ob-  
tentia Christi fideles procliviores ad illicita impo-  
seris committendi reddantur, aut faciliter venia  
eis peccatis tribuat incentivum.... Et ne exinde  
clavium autoritas deducatur in contemptum,  
per Indulgentias à se concessas rescidit, eo quod  
multorum fide dignorum testimonio accipimus (in-  
quit) quod ex eis carum multitudinem... fideles pra-  
fati ad peccandum... nonnunquam procliviores ex-  
istant, in non parum periculosa salutis animarum  
fuarum. Unde inde ad peccandum procliviores,  
nisi quia cum Card. de Lugo arbitrantur peni-  
tentialis satisfactionis necessitatem cessare per ob-  
tentum Indulgentiarum? Opinionem ergo Cardi-  
nalis de Lugo animarum saluti noxiā Ecclesiæ  
confit.

Et idem, post relatos Pontifices, sapientissimi  
pariterque sanctissimi Cardinales, traditæ à nobis  
doctrina faciem preteruerunt, ut S. Bonaventura  
in 4. dist. 20. q. 8. ubi duo dicit. Primo,  
quod Indulgentia, quantum est ex potestate & vo-  
luntate dantis, tantum valent, quantum promittunt.  
Secundo, quod tamen non omnibus valent  
equaliter, sed secundum estimationem quam ha-  
buit, vel habere debuit, qui Indulgentiam dedit,

D d d 3